



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

34. Ex Libro VI. Cap. II. De Origene, qui patrem Leonidem detentum à
Seuero Imperatore, 18. in vinculis, cùm ipsum mater sublatis clam noctu
vestibus, ne patrem ad supplicium sequeretur, impediret, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

ipfos sapientiores arbitrantur esse spiritu sancto, & quid aliud indicant per hoc, nisi quia Dæmone aguntur?

*Quanta sit illorum, spernunt qui dogmata sacra
Scriptura, improbitas impietasq̄, vide.*

*Aut etenim conscripta negant à flamine sancto
Biblia, iustificans desit huius fides.*

*Aut sibi maiorem diuino numine sumunt
Notitiam, abrepti demonis arte nigri.*

34. EX LIBRO VI. CAP. II. DE
Origene, qui patrem Leonidem deten-
tum à Seuero Imperatore, 18. in vinculis,
cùm ipsum mater sublatis clam noctu ve-
stibus, ne patrem ad supplicium seque-
retur, impediret, scriptis literis hor-
tatus est ad constantiam in con-
fessione fidei, inquit
inter alia:

Vide pater, ne propter nos aliud aliquid
velis.

Impius est Caesar conatus saepe Seuerus

Tollere Christicolas excruciendo pios.

Hos inter sanctus cùm fortè Leonida martyr,

Et pater Origenis carcere clausus erat,

Hunc statuit patrem Christi inflammatus amore,

Filius ad mortem suppliciumq̄, sequi.

Mater

*Mater vt impediât cari conamina gnati,
 Subtraxit longam nocte silente togam,
 Hic puer elusus maternis artibus audet,
 Quod fuit ætatis non puerilis, opus.
 Namq; rogat scriptis detentum in carcere patrem,
 Quod cœpit teneat perficiatq; fide.
 Non pater, hanc addens vocem, carissime, nostro,
 Non aliud cupias nomine quæso pater.*

35. ELOGIVM POPVLI DE O-
 rigene, qui exemplar fuit omnibus
 doctoribus Ecclesię & vitæ ho-
 nestæ & doctrinæ veræ.

Quis hic est, qui quale habet verbum,
 talem habet & vitam. Quoniam quæ
 docet, hæc agit, & quæ agit, hæc docet.

*Talia de Origene est populus doctore locutus,
 Dogmate qui clarus, qui pietate fuit.
 O quam magnus hic est vir, habet qui qualia ver-
 Talem habet & vitam sanctus ubiq; piæ. (ba,
 Quæ docet, hæc vitæ præstat quoq; moribus ipsis,
 Quæq; agit, hoc populum sedulus ore docet.*

36. DICTVM POTAMIENAE
 virginis nobilis ad Basilidem, cum denu-
 data ad supplicium duceretur, propter
 Christi confessionem, atq; is homi-
 nes impudicos irruentes in
 sanctam virginem auerte-
 ret. Euslib. 6. ca. 5. Cer-